Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26020
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mata donando. Hoc exemplo episcopi domus dei edificatores
collapsam domum hodie restaurant. dum penitentes propter
crimina ab ecclesia electos in ecclesiam introducendo filiis ec
clesie aggregant. Tabernaculum david quod cecidit hodie eri
gunt. dum chrisma et oleum sanctum conficiunt. per quod fideles ad reg
num dei signantur et in reges et sacerdotes omnes renati consecran
tur. Unde baptizati per albam vestem sacerdotium. per mitram per
ferunt diadema regnum. Hodie omnes pastores ecclesie do
mum dei reedificant. dum oves errabundas ad gregem re
portant. Hodie vinee domini cultores precisos palmites
vere viti christi atque confractos ramos olive reinserunt. dum
excommunicatos et ob flagicia repulsos per indulgentiam
absolvunt. Unde et hec dies dies indulgentie appellatur.
quia qui per totam quadragesimam pro culpis penitentie vinctis a sacerdo
tibus stringebantur. hodie per acta penitentia per indulgen
tiam absoluti in gremio ecclesie recepti gratulantur. Hodie christus
discipulis pedes lavit. et nobis exemplum pedes fratrum et pau
perum lavandi reliquit. Dilectionem enim proximi implemus
in fratribus. dilectionem autem dei in pauperibus. Nam quicquid pauperibus
inpenditur christo exhibetur. sic ipse in iudicio fatetur. Quod uni ex his mi
nimis fecistis. michi exhibuistis. Ergo exemplo christi lavemus
fratrum et christi vestigia. ut ipse abluat nostra crimina. Hodie
christus corpus et sanguinem suum ecclesie ob memoriam sui tradidit.
per quod cottidie remissionem peccatorum accipit. Quod qui indig
ne acceperit mortis domini reus cum iuda erit. Hic autem in
digne accipit. qui se fornicatione vel adulterio vel aliquo in
mundo opere polluit. aut aliquod criminale facinus commi
sit. et inde confessionem et penitentiam non fecit. Qui ergo ista quadragesima
de flagiciis suis penitentiam agere neglexerit. vel obscena